



Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis
Oratorii Fvndatoris**

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Moribundam feminam mira in ea operando extremo adiuuat certamine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

354 Christi
1591

Greg. XIV. Pap.
I

Ætatis
77

Ioannes Comparottus medicus
qui vtrunq; curabat, vbi prædictio-
ni euentum respondisse vidit, Phi-
lippum vt Dei amicum magis, ma-
gisq; venerari cœpit. P. Desiderio
salutē diuinitus redditā B. viro pro-
eo orante affirmauit; simulq; adie-
cit, ingenti se admiratione affici co-
gitantem P. Bencinum, de cuius sa-
lute medici haud desperarāt, diem
obijisse, & P. Consaluum, qui omniū
opinione mortuus credebatur, cō-
tra omnem medicæ artis rationem
è morbo euasisse in columem.

Eam rem
vt ceteros
fileam iu-
re turando
enūciarūt
Principes
feminae
Beatrix
Caietana,
et Iulia
Vrsina
Rangona
Et rāq; e-
nim spe-
ctaculo in-
terfuit.

Moribundam feminam mira in ea ope-
rando extremo adiuuat certamine.

F Emilia Princeps eodem anno,
Augusto mense, ad ultima, sum-
ma vi morbi adducta venerat, ex-
tremaque etsi patiebatur, signa ta-
men apparebant in ea, quæ serio-
rem mortem denunciarent: hanc
Philippus; cui⁹ pectus flagrabat cha-
ritate, visit, cumque paulisper pro-

illa

illa diuinam precatus esset clementiam, inde nescio quem ægrotū vi-
sum abijt: in itinere secum ipse, heu
feminam! frequenter dicebat, heu
auxilio indiget! res sua postulat, vt
ei opem feramus: ad plateā S. Ma-
riæ ad Martyres vt ventum est, re-
uertamur, ijs qui secum erant, ait, ad
moribundam: senserat enim diui-
nitus se ad eam cum diabolo fortè
dimicantem reuocari: quam repe-
rit eodem prorsus modo habentē,
vt antea, crederes eam egregiè ad-
huc robustam ad alium saltem di-
em spiritum ducturam esse omni-
no: tum Philippus, vt feminæ sub-
ueniat, quibusdam, qui eius inside-
bāt lectulo, foras exire iussis, in mo-
ribundæ faciem primū, semel at-
que iterum exuflat, tum preces pro
ea ad Deum fundens, ipsamque ser-
mone de rebus diuinis perbreui
confirmans in hæc tandem verba
prorumpit: iubeo tibi anima, Dei
nomine, vt ex hoc corpore egre-

diaris. quibus dictis, extemplo mulier (cunctis qui aderant stupentibus, factumque initio non credentibus) spiritum efflauit.

Aegrotantem morbo eximit.

*Totam rē
ipsa Victo-
ria iurata
testatur, e-
andemq; à
domesticis
accepimus.*

Hoc ipso opinor, anno , mense Octobri accidit Victoriae Varesiae Romanæ, ut ingenti dolore correpta, sed in læua scapula, eo tam acerbè opprimeretur, ut anhelitum trahere vix posset, nec noctu conquiescere, nec in lecto decumbere. His in angustijs B. Philippi memor ad eius iterum opem confugit, enix-
éque rogat præsenti se morbo eripiat: Nec irrita; Philippus namque affectam mox partem pugno percutiens, Abi inquit, ex morbo plane conualesces, Mira res: Victoriae extemplo melius fuit, vixque domum, quam nostris ædibus proximā habebat, peruenit, cum in statum valitudinis pristinum restitutam se animaduertit.

Gregorij